



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

II. Post electionem Ottonis quarti, Principes Germani scripserunt ad Innocentium tertium abolitam ab Ottone fuisse consuetudinem occupandi bona mobilia Episcoporum morientium aut Abbatum Principum, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15617

I. **A**T non in Gallia solum viguit consuetudo illa occupandi spolia Episcoporum morientium & fructus episcopatum vacantium post editam Callisti constitutionem; sed in Imperium quoque transfusa est, ut patet ex constitutione Friderici II. Imperatoris, qui jus illud Ecclesiis remisit, ac declaravit eam pravam consuetudinem à prædecessoribus suis introductam fuisse. Sed in ea constitutione extat clausula magni momenti, quæ probat Imperatores fructuum nomine collationem quoque Beneficiorum fuisse complexos. At enim relinquere se Episcopis dispositionem rerum spiritualium, ut Deo reddantur quæ sunt Dei, & Cæsari quæ sunt Cæsaris. Attamen non abiecit investituram per sceptrum, ne homagium Episcoporum, quæ in usu fuerant temporibus prædecessorum suorum. Data est hæc Friderici constitutio anno millesimo ducentesimo decimo tertio, confirmata dein Bullâ aureâ ejusdem Principis anno MCCXIX. datâ ad Honorium tertium Papam, quæ aservatur in arce Hadriani & in Bibliotheca Vaticana, & à Goldasto edita est. Hæc sunt ejus verba: *illum quoque dimittimus & resutamur ab usum quem in occupandis bonis decedentium Prelatorum aut etiam Ecclesiarum vacantium nostri consueverunt antecessores committere pro motu propria voluntatis. Omnia nos spiritualia vobis & aliis Ecclesiarum Prelatis relinquimus liberè disponenda; ut que sunt Cæsaris, Cæsari, & que Dei, Deo recta distributione reddantur.*

II. Eo autem tempore quo electus est Imperator Otto quartus, Principes & Barones Germaniæ Clerici ac laici Innocentio Papæ tertio significarunt anno millesimo ducentesimo abolitam ab Ottone fuisse pravam illam consuetudinem, à superioribus Imperatoribus introductam, occupandi bona mobilia Episcoporum morientium aut Abbatum Principum, statuisseque illum ut ea bona conserventur futuris successoribus. *Pravam illam consuetudinem, inquit, quam Imperatores antecessores sui in occupandis rebus mobilibus vel se morientibus decedentium Episcoporum vel Abbatum Principum huc usque servaverunt penitus extirpans, nos ecclesiasticos Principes ex hac indebita vexatione regali benevolentia liberos dimisit, & decedentium bona suis successoribus servanda liberaliter statuit.*

III. Post explicatum occidentalis Imperij morem res postere videtur ut Orientem quoque spectemus, præsertim cum difficultas ista multum conferat ad noscendum quænam fuerit Regibus nostris mens quoad

difficultates quæ supersunt tractandæ. Ac primum quidem certum est Ecclesiam Græcam summo semper studio observasse canones de disciplina latos. Quare dubitandum non est quin juxta Concilium Chalcedonense & Novellas Iustiniani redivis episcopatus conservaverit successoribus, deductis impendiis necessarijs. Legimus nihilominus Gubernatores provinciarum quandam immutationem introducere illic conatos, exemplo fortassis occidentalium, & bona mobilia Episcopi mortui occupasse, & immobilium usum fructum in suos usus convertere voluisse, quando sedes vacabat. Et fortassis id jus Imperatori competere asseverabant quoad regalia quibus dotati erant episcopatus & monasteria Græcorum. Nam legimus in Novella Manuelis Comneni Imperatoris Constantinopolitani, (quæ extat apud Balsamonem in canonem duodecimum septimæ synodi & in libro tertio Juris Græco-Romani) Ecclesias habuisse villas, census, telonea, jura introitus & exitus, tam in fluminibus, quàm in mari, & omne reddituum genus, quos Latini Regalia nominabant, atque etiam castra: *Κατ'εξ. ἐν ποι τῶν ἀποδομηθῆσαι.*

IV. At Ioannes Comnenus Imperator prohibuit circa annum MCCXX. ne Gubernatores provinciarum occuparent bona mobilia Episcoporum morientium, sive illa argentum essent, annona, aut animalia, sive quippiam aliud; penis gravissimis intentatis adversus eos, si secus agerent. Ioannis verò frater, Manuel Comnenus, eam prohibitionem renovavit circa annum MCL. eamque porrexit ad alium ab usum qui tunc irrepebat. Gubernatores enim bona mobilia Ecclesiarum vacantium ad suam administrationem adjungebant, sicque addicebant. Id fieri deinceps veruit Manuel Comnenus, jubens ut partes sive membra Ecclesiæ vacantis, id est, Clerici illius Ecclesiæ, eorum bonorum administrationem suscipiant, secundum statuta canonum, donec successor adveniat. Hunc autem ab usum acriter traducit, dicens eum vergere in contemptum Dei & legis naturalis everisionem, ideoque se adactum ad abolendum illum morem, tanquam indignum professione nominis Christiani: *τοῖς ἀκλήτοις ἰδί τοι τῶν χριστιανῶν ἐκκλησιῶν ἑδὲ πόδα ἕλως ἐπιβαλεῖ πρὸς καὶ χρεὼν Δρακῶν.* Infrâ: *Πρῶγμα καὶ εἰς θεῖς πολυμύμων ἀειφρονισμῶν, καὶ εἰς ἀθέτησιν θεομῶν φυσικῶν.* Infrâ: *ἐν τῶν τοι καὶ ὡς πάντη ἔστι χριστιανῶν ἀνάξιον ἐπαγγελματῶν διορθῆται τῶτο ἡ βασιλεία μου.* Infrâ: *ἀλλὰ πάντα ὡς καὶ μερῶν τῶν τοιστῶν ἐκκλησιῶν ἐν αὐτοῖς οἰκονομηθήσεται κατὰ ἀεὶ καὶ ἀεικῶν νερόμωδον καὶ χανονικῶς διορθῆται.*

Ap. Baron. ad an. 996. & in registo Innocentij & apud Goldastum.

An. 1124. de ppon. in d. d. Ioh. d. p. c. 147.

An. 1166. Ioh. d. 11. de p. d. p. c. 147.

Lib. 2. Ioh. d. c. 147.